N 14 Kopia postanowienia, Seymiku gnego, Pruskiego, zrobiona z kopii wspodczrzeney, podozeney, pod Nrem 57 Seymow. k 339

Responsum Statuum, et Ordinum, Terrarum Prussiae, datum, Sac. ae Srae, Mti Regiae Nuntio, Gso Melchiori Suminski, Notario terri Dobrinensis, secretario Regio, in Conventu gli, Marienbur., die 1 Mensis Januarii, Anno Dni, 1605.

Sacrae, ae Srae Mti Rae, Dni nri clementissimi, gratiam et clementiam, singularem, quam D. Nuntius, statibus et Ordinibus, Prussicis, detulit, debita veneratione, animisq, accipiunt, gratissimis; simulq, diligenter rogant, ut D. Nuntius, Sac. ae Srae R. M., suae Rae, vicissim, Statuum et Ordinum, Prussicorum, paratissima fidei, et subiectionis, studia, et obsequia, referre et denunciari, velit.

Legationem et capita illius, per D. Nuntium, exposita, quod attinet, animadvertunt, et agnoscunt, status et ordines, paternum Mti, suae Rae, in curanda, et gubernanda communi, Republica, amorem et sollicitudinem, principe dignam; nihilq, ab ea omitti, quo tam, ab internis, quam externis, difficultatibus, et periculis, tuta et salva, undiq, esse possit. Pro qua, Mti suae Regiae, singulari cura, et sollicitudine, quas possunt, et debent, gratias agunt, maximas. Deumq, optimum, votis intimis, precantur, ut Spiritu suo Sancto, Mti suae Regiae, consilia, et actiones, Regias, etiam porro, in annos longissimos, ad Salutem Regnorum, illius, omniumq, inhabitantium, regere, et prosperare, clementissime velit.

Caeterum, quod SRMtas, Status et Ordines, diligentissime, hortari dignatus, ut, ad juvandam Remp., in instantibus, glibus, Regni Comitiis, consilia, animos, studiaq, et voluntates suas, accommodent; id fidei, et officii sui, rationibus, omnino consentaneum, esse intelligat. Ac proinde maiorum suorum, vestigiis insistendo, promptitudinem suam, in iuvandis rebus, Principis sui, Reipq, libentes testatam, reddent; eaq, Nunciis suis, Varsoviam ablegatis, committent, quae ea SRM, suae, totiusq, Regni, et Patriae, usu, fore intellexerint. Iis ubi Nuntiis suis, ut SRMtas, fidem indubitatam, adhibere et petitis illorum, aequissimis, annuere, Juriumq, privilegiorum, et libertatum, Prussicarum, rationem, clementissimam, habere velit, status et Ordines, summa subiectionis, veneratione, perquam humillime, rogant; proq, clementia, et gratia illa, quam sibi, in suis, et Patriae negotiis, speciatim, vero, in conservandis iusta Privilegia Prussica, dignitatibus, et officiis, collatam ivi, non dubitant; vicissim, Mti, suae Rae, perpetua fidei, subiectionis, et obsequiorum studia, magis magisq, comprobare, studebunt; et Mti suae Rae, a Deo immortali, cum prospera valetudine, omniq, regia fortuna, et successu regiminis, felicissimo, vitam longissimam, de hostibus vero, victorias, et triumphos gloriosissimos, precantur, seq, Mti suae Rae, clementiae, humillime commendant. In quorum fidem, Sigillum, harum terrarum, pntibus, appressum est. Datum, die et loco, quibus supra.

Instructio, Statuum et Ordinum, prussicorum, data Nuntiis, suis, ad instantia Regni Comitia, glia, pro die 20. Januarii, Anno pnte, 1605, celebrando, missis, ex Conventu Marienbur., die 1. Januarii, anno praedicto.

Nuntii Terrestres, Mti ae Gsi, Ex Palatinatu Culmensi.

Mathias a Conopath, Succamerarius Culmen., Capit. Graudentinensis.

Lucas Białoblocki, Nunc terris Culmen.

Joannes Kostka, Secretarius SRMtis.

Ex Palatinatu Marienburgensi.

Georgius Balinski, Judex terris Marienbur.

Stanislaus Konarski, Capit. Nitavi., et SRMtis aulicus.

Ex Palatinatu Pomeraniae.

Mathias Kribawski

Nicolaus Niewieściński, Secretarius SRMtis

Adamus Trebnicz.

Melchior Weier.

Jacobus Szczepański, Capit. Mirachov.

Operam dabunt, Dni Nuntii, ut sub felicem, adventum, suum, Varsaviam, cum caeteris Terris, praesentibus, Dnis Consiliariis, SRMtem, Dnum nrum clementissimum conjunctim adeant, moreq; solito, salutent, et fidei, ac subjectionis studijs, humillime, delatis, privilegia, jura, libertates, et immunitates, patriae, diligenter commendent.

In propositionem vero Regiam, ubi suffragia dicere, rogati fuerint, habita, cum pntibus Dnis Consiliariis, cointelligentia, sequentem in modum, a suis, sibi mandata, data esse, inferunt.

Ac primo de his, quae Remp., communitas afficiunt, ut sunt, ea, quae de ratione habendorum et finiendorum suffragiorum, Comitialium, de legibus sumptuariis, deq; disciplina militaris, instauratione, in medium adducuntur; potestatem habebunt, cum reliquis Regni ordinibus, ea ordinandi, statuendiq; quae, pro morborum illorum, salutari medicina, optima esse, vel ex omnium, vel ex maioris partis, votorum, calculo, intellexerint. Ita tamen ut si cuius loci, aut Provinciae, praesertim Patriae, res, rationes, diversum quid, si postulare, videbuntur, eius ordinandi facultatem, Dnis Consiliariis, harum Terrarum reservent.

De moneta autem, in cuius corrigenda, et cudenda, rationibus, Dni Commissarii Regii, nuper Varsoviae, occupati, fuerunt, suamq; sententiam, SRMti exposuerunt operam dabunt, Dni Nuntii, ut hac in parte, media, a statibus, et Ordinibus, illius Provinciae, saepius probata, et nunc quoq; tam a Civitatibus, maioribus, quam Ducatus Prussiae, consiliariis, adhibitis, repetita, et solidis rationibus, et fundamentis firmata; mature et diligenter, examinentur, et probentur, atq; ne quid, quod antiquissimis, harum Terrarum, aut Civitatum, etiam Prussicarum, Privilegiis, et juribus derogari possit, statuatur. Falsarii autem, convicti, sine ullius, respectu, severissimis poenis, coercantur.

Domus etiam Brandeburgica, negotium, ita sibi, curae esse, velint, ut salvis veteribus pactis, inveq; Mtis Rae, et Regni, aque, familiae illius, Brandeburgicae, ratio habeatur quod, quibus modis, quibusq; conditionibus, fieri possit, aut debeat, Dnorum Consiliariorum, et nuntiorum, fidei, et dexteritati, commissum esto.

Subsidia, ad continuationem, belli Livonici, eiusq; in Sueciam, transferendi usum, conferenda, si ea, ab Ordinibus, Regni, laudari intellexerint, Status et Ordines Prussiae nihil ibidem, ea de re, laudabunt, vel constituent; sed more et instituto veteri, totum negotium, hoc, ad Conventum Terrarum Prussiae, referent. Ne autem SRMtas, ipsa, in Sueciam abeat, Regni et Terrarum harum, pnr necessitas, omnino videtur, exposcere. Proinde, de aliis idoneis, modis, agendi negotii, illius bellici, et vindicandi Regni, hereditarii, cum reliquis, Regni Ordinibus, deliberandi, et concludendi, potestatem habebunt.

Extra propositionis, seso, Regia capita, sequenter quoq; Articulos, omni cura, pro Patriae commodo, urgere, suo loco, non intermittent.

In primis, ut officiis, et dignitatibus, Senatoriis, certa bona, seu reditus attribuantur quandoquidem, nihil hac, de re, Mti Rae decessurum est; si de se, et Reipu. bene merentes eadem opera, et officia, et reditus confesat.

Roganda, etiam, Mtas Rā, est, ut dignitates, nominatim vero Eptus Varmien, Tenuta et officia, non nisi, veris Terrarum Prussiae, Indigenis, iuxta Privilegiorum antiquissimorum, et Mtis suae, Rā, cautionis, tenorem, conferantur; et ut Privilegia, de Indigenatu, sarta tecta, conserventur.

Deinde, ut Exactio illa Fordanica, quae Terras, et Civitates Prussiae, neutiquam afficit, et infinitas tamen, molestias, cum damnis intolerabilibus, omnibus Incolis, earundem parit, aut omnino tollatur, aut saltem Drevancam, Neizoviam, transferatur, utq in Universalibus Contributionis Regni, Pruteni, ab exactione illa, expresse excipiantur; et quae nuper, in detrimentum, Terrarum Prussiae, in Universali Comitiali, de Juramento Fordanensi, edita sunt, prorsus tollantur.

Ut nova Telonia, quae passim in Regni Cameris in Dibrin, Stary, et alibi, exiguntur, abolentur; quippe, quae non solum, in mercatorum, sed ipsius etiam, nobilitatis, aliorumq quibus, ea de ratione, omnia carius venduntur, summum praeiudicium, cedunt; et SRMtis proventus, attenuant, dum merces, alioquin per Regnum, veti solita, per vicinas regiones, eum earundem, commodo, maximo, transportantur: tandem etiam, Contributionibus, difficultatem, parere possent.

Vetera autem, et legitima Thelonia, in Regno, ut Civitatibus, potius, si siquidem illa velint, quam aliis, in Olendam locentur.

Ut sal transmarinum, quod in Terras Prussiae, vigore privilegiorum, earundem, invehitur, ad Fordanum, a Suparis, non detineatur; multo minus, autem, Salis Ruthenici, Regii, invectio, in Regnum Polonia, et adiunctas ditiones, impediatur.

An particulares Conventus, in singulis districtibus, Paltus Pomeranie, ante Conventum glem, Stargard: veteri more, celebrandi sint, nec ne, Mtis Regia, decisio, petenda est.

Commissarii, inter Ducatus Prussiae, Masoviae, Pomeranie, et Cuiavia, ditionesq Regias, ut Comitiorum autate, assignentur, qui tam, de finibus, quam de iniuriis, cognoscant.

Regalia Reip, in Terris feudalibus, Bytan et Lawenburg, ut salva, et integra maneant, provideatur.

Roganda, ut Administratio, tam Capitum, quam Oecono, Indigenis committatur.

Ut tempus, certum, ad correctiam Justitiae, a Mte Regia, assignetur.

Ut modus, et ratio, constituatur, qua securitati, Conventuum, idonee consulatur.

Ne fiscalis Prussiae, officio suo, abutatur, sub certa poena.

Piscatio, ut in fundis Regiis, nobilibus, vicinis, libera sit.

Ut causae Criminales, autate Conventus gli, etiam solutis, Comitiis, iudicentur; ita, ut si veliqui Ordines, non consenserint, Pruteni tamen, id sibi, concedi petant.

Petita.

Petendum, ut SRM., meritorum, Ejusdem Dni Georgii Balinski, Judicis Terrae Marienburg, rationem, habere dignetur.

Intercedendum, pro haeredibus, Bartholomaei Astromecki, ut stipendium, vel saladium, ab aliquot annis, defuncto retentum, ipsis solvatur; dum non alienum, sed suum proprium, petunt.

Ut causae viduae, Nob. Alberti Ruthowski, de invasione iudicetur.

Ut pro vidua, Nobilis, olim, Alberti Milewski, apud SRMtem, intercedatur, quo bona, illi, in Ducatu Prussiae, ademptae, restituantur.

In quorum fidem, sigillum, Terrarum Prussiae, praesentibus, appressum est.

Zgadza się, z tą kopią wspomnianą z którą
jest zrobiona L. Golębiowski.